

Hac est inquisitio generalis facta ab Admod. R. P. N. de N. Ministro Provinciali, seu Generali, seu Visitatore Generali in hoc Conventu Sancti N. Civitatis N. Anno Domini N. & die N. mensis N. in qua post visitationem SS. Sacramenti Altaris, Olei Sancti, reliquiarum, & omnium, quae ad Sacra Ecclesiae vasa, ac ceteram suppellestem spectat; efficacemque hortationem Fratribus adhibitam, & sanctae obedientiae preceptum omnibus impositum; ut quicumque, vel in Regulari Observantia, vel in morum disciplina correctione indigere, indicaverint, ad ipsam corrigenda deferant. Idem ad cellam suae residentiae se conferens, oportuno tempore vocabit Patrem Fr. N. Guardianum, vel Priorem eiusdem Conventus, & ipsum de infrascriptis interrogavit.

Primo: An noverit, aut ab aliquo audierit, aut fama perceperit aliquid in eo Conventu contra Dei precepta fieri?

Secundo: An noverit Dei cultum frigidè, aut male in eo Conventu peragi?

Tertio: An noverit, &c. Constitutiones, & generalis Capituli aliquid adversus Regulæ observantiam serpere?

Quarto: An sciat, &c. Constitutiones, & generalis Capituli ordinationes non observari, vel aliqua ex parte violari?

Quinto: An sciat, &c. aliquid contra bonos mores generaliter, vel singulariter erumpere?

Sexto: An sciat, &c. adversus publicum Religiohis, aut Monasterij bonum quicquam ab aliquo tentari?

Septimo: An noverit, aliquem Fratrem non bene in via Dei ambulare, aut aliquo laborare vicio?

Quibus Capitulis prædictus Pater N. hoc modo respondit. Ad primum. Yo no sé cosa alguna.

Ad secundum. Yo sé que, &c. Hoc modo singulis interrogationibus singulae responsiones, eoque reddantur in summate, adnectantur. Postremo proprio examini se ipsum subiecit, tametsi se nihil scire affirmaverit. Hoc modo singuli interrogentur, & eorum dicta propria manu signata excipiantur.

Quod si eadem die visitatio terminari non poterit, die altera, qua proseguenda est apponatur.

Die verò quinta eiusdem mensis, & anni vocatus Pater N. de N. & interrogatus super eiusdem articulis, &c. ut supra. Hæc verò acta apud se Iudex servet.

Post hæc Iudex, antequam adversus infamatum, vel indicatum generali inquisitione specialem inquisitionem instituatur, curet in primis, ut de ipso corpore delicti sibi per legitimas probationes constet: si delictum fuerit facti transeuntis, illud, vel ex infamia, vel ex indicijis perspectum habere studeat: sint facti permanentis, signa ad vestigia delicti diligenter inspicat, ut inferius explicabitur.

Vbi verò illi perfectè constitit de corpore delicti, tum ad delinquentis infamiam accedat; quam ante omnem iudicialis inquisitionis processum, per duos saltem testes omni exceptione maiores probatam accipiat. Si verò delinquens ex indicijis sufficientibus delatus fuerit, eodem modo, ac diligentia totidem

testibus indicia probetur. Quibus omnibus expeditis, ad informationes contra indicatum, vel infamatum se conferet capiendam.

Qui modus in speciali quoque inquisitione, quæ extra visitationem, quandoque instituitur, & quores, ex indicijis adversus aliquem inquiratur, à Iudice observandus est.

At verò si Iudex ex rebellionem adversus criminofum procedere voluerit: quæ tunc solum præstare potest, cum adhibita illi probatione prius secreta, deinde coram testibus, postremo rursus ad Iudicem delato paterne ipsius correctionis obellis existit: nec infamia, nec illius probatione à specialem contra ipsam inquisitionem excitandam ous est; cum in eo casu iuxta Soram, Arcinum, & alia, rebellio loco accusatoris succedat. Quæ propter, & omnia, statim potest adversus ipsam inquirere.

Cum primum igitur ex generali inquisitione ad specialem transeundum fuerit, Iudex processum instituetur, primum Scribam, vel Actuarium eligat in hac forma. *Sotus de ser. reg. m. 3. quest. 3. inc. 4. Arcinus cap. 1. 5.*

Forma eligendi Scribam, vel Actuarium

Cum nobis Fr. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciæ visum fuisset pro maiori cause expeditio- ne Actuarium assumere, qui omnia in presentia acta aditanda in scriptis redigat, & fideliter excipiat; Iurimum de integritate Paris Fr. N. de N. consilij ipsam in nostrum Actuarium eligimus. Dat. in nostro Conventu N. die N. mensis N. anno N.

Ego Fr. N. de N. Provincialis Minister, Deinde in hanc formam initium processus auspiciabitur.

Forma inquisitionis specialis, quæ fit in visitatione.

In nomine Domini N. Iesu Christi, necnon S. P. N. Amen.

Hac est inquisitio specialis, quæ fit ab admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciæ N. (si fuerit Generalis, seu Visitatore Generali, dicatur: Generali Ministro totius Ordinis, vel Visitatore Generali huius Provinciæ N.) adversus Fr. N. de N. eo quod in inquisitione generali facta in visitatione huius Conventus N. ut ex ipsius actis constat, præcedente infamia, & clamorosa insinuatione, non à malevolis, aut maledicis, sed à probis, & honestis Religiosis orta, delatus fuerit, quod hæc, & hæc perpetraverit (species delicti declaratur) qua propter decrevit super his informationes summere, testes examinare, & alia, prout de iure fuerit, præstare acta, in eodem Conventu N. anno Domini N. die N. mensis N. & per me Fr. N. de N. dicti Admodum R. P. Ministri Provincialis Scribam, vel Actuarium electum, excepta.

Ego Fr. N. de N. Provincialis Minister.

Fr. N. de N. Scriba, vel Actuarium ad hæc electus. Si acta de mandato admodum R. P. Generalis Ministri fiant, dicatur: Quæ propter mandavit super his informationes summere, testes examinari, & alia, prout de

de iure fuerit, præstari. Acta in nostro Conventu N. anno N. die N. &c.

Ita est. Ego Fr. N. de N. Generalis Minister.

Forma inquisitionis specialis extra visitationem.

In nomine, &c.

Hac est inquisitio specialis, &c. vsque ad illa verba (eo quod in inquisitione quorum loco hæc apponantur: *Eo quod fama, & clamorosa insinuatione deferente ad illius aures perlatum fuerit: cum hæc, vel hæc crimina perpetrasse (exprimantur criminum species) qua propter, &c. reliqua, ut in superiori.*

Forma inquisitionis specialis ex indicijis.

In nomine, &c.

Hac est inquisitio specialis, &c. vsque ad illa verba exclusivè. *Quod in inquisitione, pro quibus hæc scribantur: qui non ab improbis, ac maledicis, sed à probis, ac honestis viris graviter indicatus existit, quod hoc, vel illud facinus in grave Religionis scandalum perpetraverit (facinoris species exaretur.) Quæ propter, &c. sicut in superiori.*

Forma inquisitionis specialis ex rebellionem.

In nomine, &c.

Hæc est inquisitio specialis, &c. vsque ad illa priora verba: *Eo quod in inquisitione: quibus expunctis, hæc scribantur. Qui cum sæpè tum secreto; tum coram testibus admonitus; denique paterne à nobis correptus, quod hæc, & hæc admisit, admonitionibus, aut correctionibus omnibus semper rebellis existit. Quæ propter, &c. reliqua ut supra.*

Si inquisitio specialis quoad delictum, generalis autem quoad personas à Iudice instituenda sit, quæ tunc fit, cum ignorato auctore, delictum est manifestum. Hac ille forma uti poterit.

Forma inquisitionis specialis quoad delictum, & generalis quoad personas.

In nomine, &c.

Hac est inquisitio, quæ fit ab admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciæ N. specialis quidem quoad delictum, generalis verò quoad personas: eo quod fama, & clamorosa insinuatione ad illius aures pervenerit tale delictum perpetratum fuisse (explicitur species delicti) cuius auctor ignoratur. Quæ propter, ut suo officio satisfaciatur, & aliorum scandalo prospiciatur, decrevit de auctore criminis generaliter inquirere, informationes summere, testes examinare, & alia (prout de iure fuerit) præstare. Acta, &c. Quod si inquisitio formanda sit specialis quoad personas, & generalis quoad delicta; hæc forma servetur.

Forma inquisitionis specialis quoad personas, & generalis quoad delicta.

In nomine, &c.

Hac est inquisitio, quæ fit ab admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro, huius Provinciæ N. specialis quidem quoad personas, generalis verò quoad delicta: eo quod fama, & clamorosa insinuatione, non ab improbis, ac malevolis, sed ab honestis, ac probis viris profecta ad illius aures pervenerit. Plurima adversus Regulæ Observantiam, & contra fas à Religiosis huius Conventus N. in multorum scandalum perpetrari. Quæ propter decrevit ad ipsam Monasterium N. accedere, informationes super huiusmodi summere, testes examinare; & alia, prout de iure fuerit, præstare. Acta, &c. Si Iudex delegatus fuerit, ubi primum de sua delegatione, ac legitima potestate per publicam literarum suæ delegationis lecturam Provinciam, seu Familiam certiorum fecerit, processum via inquisitionis instituat, Actuarium eligat, & in ipso processu initio delegationis suæ litteras describi iubeat: tum processum, mutato duntaxat nomine iuxta priores formas instituat.

Forma inquisitionis de corpore delicti facti permanentis.

Iudex cum primam delictum aliquod à nostris perpetratum esse fama deferente, perceperit; si illud facti permanentis existit, ex his nimis, quæ post facti sui vestigium relinquunt: quale est vulnus alicui insitum: ipse cum aliquibus discretis patribus ad vulneratum accedat, vel si ipsemet maioribus negotijs implicatus, aut alio impedimento detentus, illud se conferre non poterit; discretos Patres cum Actuario mittat, qui vulneratum personaliter visitent, vulnus, & qualitatem vulneris proprijs oculis inspiciant, vel si ob medicamenta videri non possint, id expriment in actis: cuncta verò Actuarium diligenter excipiat, ac describat in actis, hæc forma.

Forma visitationis vulnerati.

In nomine Domini. Amen, &c.

Vilitatus sui coram admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciæ N. vel per nos N. & N. de N. de mandato admodum R. P. N. de N. Provincialis Ministri huius Provinciæ N. Pater Fr. N. iacens in lecto in cella ordinariæ suæ residentie, vel in cella infirmorum, vulneratus vnicuique, vel pluribus vulneribus; quorum alterum est in capite, alterum in brachio dextro, & sic de singulis, cum maxima sanguinis effusione: quod vulnus, aut vulnera illata videbantur fuisse, vel gladio, cæsum, &c. prout illa apparebant. Etantque longitudinis fere unius palmi, vel minus, quæ nos vidimus, ac proprijs oculis perspeximus: vel si propter medicamenta vulnus detegere non potuit, vel ipsius qualitas videri dicendum erit, quod vulnus, aut vulnera propter medicamenta appolita videri non poterant. Acta in Monasterio nostro

nostro Nanno Domini N. die N. & per me Fr. N. de N. Actuario excepta.

Fr. N. de N. Actuarius.

Quod si quispiam (quod ablit) occisus fuerit, Provincialis Minister, vel Discreti Patres de illius mandato, una cum Actuario ed se conferant, ubi iacet occisus, singula vulnera cum suis qualitatibus, & circumstantiis, & quo a mortum genere facta videantur, & an punctum, an casum: Occisi quoque aetatem, staturam, barbam, vestes, bona, res, quae panes ipsum cadaver reperta fuerunt: denique locum, ac situm ab Actuario diligentissime describi iubeant in hanc formam.

Forma visitationis occisi.

In nomine Domini. Amen, &c.

Visum, ac repertum fuit per me Actuarium infra scriptum, praesente admodum R. P. N. N. de N. Ministro Provinciali, vel praesentibus N. & N. de N. de mandato admodum R. P. N. N. de N. Provincialis Ministri, cadaver cuiusdam Fratris nostri, iulie, vel proterae staturae, barbae nigrae, aetatis annorum N. Si verò cadaver agnitum fuerit, dicatur cadaver, quod agnitum fuit, &c. P. Fr. N. de N. indurum, videlicet, in habitu con capuchio cosido, una tunica debaxo, in manto, vnos paños menores, una cuerda de cañamo, con que eltava cosido, in Rosario atado à la dicha cuerda, in par de suelas à los pies, iacens humi, vel alio loco, vulneratum tribus vulneribus, quorum unum est in capite, usque ad cerebrum penetrans, quod securi factum videbatur, aliud in facie, vtrumque longitudine vnus ferè palmi, tertium in manu dextra, cuius parvulus digitus, & annularij erant abscissi. Tum, quae prope cadaver, vel in manica occisi reperta fuerit, singula describantur: res verò quae penes occisum inventae fuerint, quaecumque ille fuerint, apud Iudicem custodiantur. Quibus apprimè decriptis, subdat tandem Actuarius: haec omnia vidi, & annotavi, vt supra, praesentibus P. N. de N. & Fr. N. de N. testibus ad haec vocatis. Acta in nostro Monasterio N. &c.

Ego Fr. N. de N. testis.

Ego Fr. N. de N. Actuarius.

Ego Fr. N. de N. testis.

Sed quoniam interdum accidit, vt fama de aliquo de icto ad aures Iudicis perveniat, de quo ignoratur, anverè delictum sit: Et ab alio patratum: ac proinde dubium sit, an in eo dolus, aut scelus intercesserit, nec ne: Vt si quis, absque vulnere in cella, vel alibi mortuus, aut in puteo demersus, vel laqueo suspensus reperitur, vtrumque enim dubitari potest. An id casu, vel morbo vrgente evenerit, vel alterius scelere occultus: Oportunas informationes summere, & facti veritatem percipere: quam ob rem ubi cadaver, vel cadaveris partes, & locum delicti omni diligentia visitaverit, testes ex eadem familia plures, vel pauciores, prout illi visum fuerit, examinare debet, vt inde appareat, an delictum confurgat, an verò casu, aut diaboli instigatione, vel metu alicuius poenae, aut morbi alicuius violentia, id accidit: Inquisitionem porro hoc modo formare poterit.

Forma inquisitionis de corpore delicti, cum delictum est dubium.

In nomine Domini. Amen.

Visum, & repertum fuit per me Actuarium infra scriptum, praesente admodum R. P. N. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciae N. cadaver P. Fr. N. de N. in puteo demersum, vel in sua cella extinctum (nisi aliqua signa veneni, aut vis illatae apparerint, explicentur) describatur etiam status corporis, in quo repertum fuit in cella iacens, vel supinum, humi iacens, vel super strato, quae etiam poenae ipsa erant, quae in manica gestabat, quae in mensa cella reperta sunt: univèra describantur. Quibus omnibus admodum ab Actuario descriptis, concludat Actuarius his verbis. Haec omnia vidi, & annotavi, vt supra praesente P. Fr. N. de N. & N. de N. testibus ad haec vocatis. Acta in nostro Conventu N. die N. mensis N. anno N.

Fr. N. de N. testis.

Fr. N. de N. Actuarius.

Fr. N. de N. testis.

Postquam verò Iudici per se, si delictum constiterit de corpore delicti, tres, vel quatuor, vel plures testes Iudicis arbitrio interrogandi erunt de auctore delicti: ac primum ipse vulneratus, delato illi iuramento, si fuerit Sacerdos, tacto pectore, more Sacerdotali, sin Clerici, aut Laici per Sacramentum Scripturarum contentum interrogare debet in hanc formam.

Forma interrogandi vulneratum.

In nomine Domini. Amen, &c. Anno N. die N. in Conventa nostro N.

Coram admodum R. P. N. Provinciali Ministro, huius Provinciae N. sedenti in cella, in qua iacet P. Fr. N. de N. vulneratus, vocatus fuit idem Pater vulneratus, & delato ei iuramento, de veritate dicenda super his de quibus interrogabitur, prout iurabit se facturum, tacto pectore, de more Sacerdotali, ad opportunas interrogaciones respondit, vt infra.

Primo interrogatus, quomodo reperitur ita vulneratus, & à quo tempore? Respondit.

Interrogatus, an vnquam inimicitiam cum vilo contraxerit? Respondit.

Interrogatus, cum quo? Respondit.

Interrogatus, ex quo tempore, & quam ob causam inimicitiam cum dicto P. N. contraxerit? Respondit.

Interrogatus, an alijs hac inimicia fuerit nota? Respondit.

Interrogatus, quibusnam? Respondit.

Interrogatus, quomodo in ipsorum notitiam venierit? Respondit.

Interrogatus, à quo fuerit vulneratus? Respondit.

Interrogatus, an de illis vulneribus adversus illum petat vindictam, vel ei ex animo ignoscit? Respondit.

Interrogatus, an dictus vulneratus fuerit solus, vel cum socijs, cum ipsum invalsi? Respondit.

In-

Interrogatus: Quo in loco fuerit invalsus? Resp.

Interrogatus: Quinam esset praesens, cum invasor ipsi est minatus: & quoties minatus fuerit? Respondit.

Interrogatus: Quo genere armorum illum invalsi, ac vulneraverit? Respondit.

Interrogatus: Qua hora illum vulneraverit? Resp.

Aliz quoque interrogaciones formari possunt, iuxta vulnerati responsa: quibus expletis, apponatur: Et relectum confirmavit, & manu propria subscripsit.

Ego Fr. N. de N. affirmo, quae supra.

Fr. N. de N. Actuarius.

Quod si vulneratus, vel ob metum vulnerantis, vel ob conscientiam, qua timet occultum illius peccatum revelare, vel ob perfectionis desiderium, quo bonum pro malo vulneranti optat refectere, vulnerantem detegere noluerit, Iudex satagat, vt ab eo metum omnem excutiat, monenteque verbis gravissimis, eum sub mortalis culpa vinculo ad Iudicis praecipuum explendum teneri, cum in hoc casu ab eo legitime interrogetur.

Alij quoque testes, praesentem, quae in ea familia degunt, super facto, ac circumstantijs interrogandi erunt, donec de auctore delicti gravia aliqua indicia erumpant, ex quibus contra ipsum specialiter possit inquiri.

Forma interrogandi testes, cum in notorio delicto delicti auctor ignoratur.

In nomine Domini. Amen. Anno N. die N. in Conventa nostro N.

Coram admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro huius Provinciae N. vocatus fuit in testem P. Fr. N. de N. aetatis quadragessimum annum a gens, Religionis decem, & octo, officio concionator, & delato ei iuramento de veritate dicenda, super his de quibus interrogabitur, prout iuravit, tacto pectore more Sacerdotali, ad opportunas interrogaciones respondit, vt infra.

Primo interrogatus: An agnoscat P. N. de N. vulneratum, sive occultum? Respondit.

Interrogatus: An noverit ipsum cum aliquo Fratre inimicitiam habuisse? Respondit.

Interrogatus: Cum quo, & ex quo tempore? Resp.

Interrogatus: Qua de causa? Resp.

Interrogatus: An alijs hac inimicitia fuerit nota, & quibus? Resp.

Interrogatus: An noverit inter eos aliquando iurgia, aut graves contumelias, aut minas intercessisse? Resp.

Interrogatus: Quis tunc esses praesens? Resp.

Interrogatus: An hac inimicitia, iurgia, iniuria, minae ad Superiores vnquam notitiam pervenerint? Resp.

Interrogatus: Quodnam remedium Superior his adhibuerit? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat de hoc remedio adhibito? Resp.

Interrogatus: An noverit fratrem aliquem arma in Monasterio detulisse, vel apud se habuisse, & cuius generis? Resp.

Interrogatus: Quanto tempore ipsa arma apud se retinuerit, & an de superiori consensu, necne? Resp.

Interrogatus: An noverit, aut ab alijs intellexerit, quorum arma illa apud se gereret? Resp.

Interrogatus: Quis alius sciat eum praedicta arma in cella habuisse? Resp.

Interrogatus: De causa scientiae? Resp.

Et relectum confirmavit, & propria manu subscripsit.

Ego Fr. N. de N. testis affirmo, quae supra.

Fr. N. de N. Actuarius.

Quod si scribere nesciat, signum Crucis faciat, & in actis ponatur: & cum scribere nesciret, signum Crucis propria manu effinxit.

Forma interrogandi testes, cum delictum est dubium.

In nomine Domini. Amen. Anno N. die N. in nostro Conventu N.

Coram praefato, &c. in testem vocatus fuit P. Fr. N. de N. aetatis N. annos Religionis N. vel annos a gens, officio N. & delato, &c.

Primo interrogatus: An ipse testis cognoverit P. Fr. N. de N. qui in puteo inventus est demersus? Respondit.

Interrogatus: Ex quo tempore illum agnovit? Resp.

Interrogatus: An noverit dictum Patrem defunctum cum aliquo Fratre inimicitias gessisse? Resp.

Interrogatus: Quenam esset causa inimicitiae inter ipsos exortae? Resp.

Interrogatus: Quandiū inter ipsos inimicitia perseveraverit? Resp.

Interrogatus: Si alijs quoque ea inimicitia, atque illius causa nota fuerit, & quibus? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat fratres ab ipso nominatos, tam inimicitiam, quam causam praedictae inimicitiae rescivisse? Resp.

Interrogatus: An noverit d. P. defunctum melius colix graviter laborasse? Resp.

Interrogatus: An noverit ipsum alijs gravibus morbis laborasse, & quibus? Resp.

Interrogatus: An noverit dictum defunctum aliquando conqueitum fuisse, quod demon illi appareat, & sub qua forma, vel quod pulsaretur tentatione occidendi se ipsum? Resp.

Interrogatus: An sciat dictam defunctum, solitum fuisse inebriari, & quoties, & quomodo noverit? Resp.

Interrogatus: An sciat dictum defunctum aliquando conqueitum fuisse, quod aliquis illi minaretur mortem, vulnera, ac percusiones, & qui ille fuerit? Resp.

Interrogatus: An sciat dictum defunctum in Religione, vel in eo Conventu invitum degere, & quare, & quomodo id noverit? Resp.

Interrogatus: An aliquando viderit d. defunctum, velut stolidum, aut mente alienatum per Conventum discurrere? Resp.

Interrogatus: Quae signa, vel actus in specie, dictus defunctus eviderit, per quae se insanum ostenderit, & quoties ea replicaverit? Resp.

Interrogatus: Quinam tunc praesentes essent, cum defunctus in hoc actu erumperet? Resp.

Fr. N. de N. testis.

In-

Interrogatus: Quomam violento mortis genere defunctus extinctus fuerit; & an sibi ipsi mortem conciverit an ab alijs illata fuerit? Resp.

Interrogatus: Qua de causa credat defunctum aliorum scelere demeritum fuisse? Resp.

Interrogatus: A quo specialiter credat defunctum in peccum demeritum fuisse? & quare id credat, & si alijs id credant, & quare? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat id illos credere? Resp.

Interrogatus: De causa scientia, de loco, tempore: Dixit, vt supra. Et cum hac illi fuissent ad verbum relecta, confirmavit, & propria manu subscripsit.

Fr. N. de N. testis affirmo que supra.

Quando cadaver signa veneni protulerit, ob que veneno interemptum esse dubitatur: quandoquidem venenum non semper est causa extrinseca, nimirum ex cibi, aut potus veneno admixti suspensione contingit: verum enim in corpore male affecto ex aeris, vel humorum corruptione contractum, vel alia ex causa incognitam esse potest: Index per se id iudicare nequeat, ante omnia iubeat ab Actuario omnes maculas, earumque qualitatem, quantitatem, & situationem, quibus cadaver fuerit respersum, sigillatim coram duobus testibus descriptis. Tum, ac cito medico aliquo perito, vno, vel pluribus cadavera vitra ab his curet, qui hoc modo interrogandi erunt.

Forma interrogandi Medicos cum de veneno dubitatur.

In nomine Domini. Amen. Die N. anno N. in nostro Convento N.

Coram praefato, &c. vocatus peritus Dominus N. de N. artium, & medicinae Doctor, aetatis N. &c. et delato illi iuramento (ob facultatem R. P. Ministri Provinciali a D. Gubernatore vrbis concessam) de veritate dicenda, prout iuravit per Sacram litterarum contactum, ad opportunas interrogaciones respondit, vt infra.

Primo interrogatus: An cognoverit d. P. N. de N. defunctum, dum viveret, & ex quo tempore? Resp.

Interrogatus: An defuncti complexionis naturam perspectam haberet, & an ipsum vnquam curaverit? Resp.

Interrogatus: Offensa macula, quae est in gula, in brachio, in scapulis, in latere circa regionem cordis, vel alibi, cuncta sigillatim nominando, quibus ex causis macula illa secundum artis fuit peritiam ortus fuisse iudicet? Resp.

Interrogatus: De causa scientia, de loco, & tempore: Dixit, vt supra, & relectum confirmavit, & propria manu subscripsit.

Ego N. de N. Medicus affirmo, vt supra.
Fr. N. de N. Aetarius.

Deinde alij testes, qui in eadem Familia cum defuncto morabantur, examinandi erunt: vt ex his rei veritas magis eluceat.

Forma examinandi testium cum de veneno dubitatur.

In nomine Domini. Amen. Die N. anno N. in nostro Convento N.

Coram praefato, &c. in testem vocatus fuit, &c.

Interrogatus: Ex quo tempore in eo Conventu degit? Resp.

Interrogatus: An agnovit Patrem N. qui modo defunctus est? Resp.

Interrogatus: An noverit illum bonae, aut infimae valetudinis extitisse, & quo morbo laborare? Resp.

Interrogatus: An defunctus jovialis esset, aut saturninus, vel melancholicus? Resp.

Interrogatus: Quomodo id sciat? Resp.

Interrogatus: An defunctus gravem cum aliquo quarelam haberet, aut odium gereret, vel aliquis de ipso in re gravi conquisitus fuerit? Resp.

Interrogatus: Quomodo noverit P. N. ab ipso nominatum defuncto parum amicum extitisse? Resp.

Interrogatus: An noverit aliquem defuncto inimicum fuisse, quod vindictam de ipso exigeret? Resp.

Interrogatus: An sciat d. defunctum, antequam in morbum incidere, cibum aliquem maxime comedisisse? Resp.

Interrogatus: An memoria teneat, a quo, & quibus praesentibus, illi cibi deferrentur, postquam in morbum incidit, & quis eius curam haberet? Resp.

Interrogatus: An audivit d. defunctum post cibum, vel statim, vel aliquibus horis elapsis, vel post tridie diei maiori morbo aggravatum novisse? Resp.

Interrogatus: An noverit, vel ab alijs didicerit curam coloris, ea que homini purgatis, extirerint? Resp.

Interrogatus: An noverit, live ab alijs perceperit d. defunctum modo repente extingui statim, post cibum, vel sumptum pharmacum, aut vinum circa cordis regionem, aut stomachi orificium, male se habuisse, & extraordinario vomitu laborasse? Resp.

Interrogatus: An sciat res per huiusmodi vomitum purgatas Medico videndas oblatis fuisse? Resp.

Interrogatus: Quisnam vomitus excrementa Medico videnda obtulerit, & quis tunc praesens adfuit? Resp.

Interrogatus: An ipse testis sciat, aut ab alijs didicerit, quo mortis genere defunctus obierit? Resp.

Interrogatus: A quo, & quibus praesentibus id intellexerit? Resp.

Interrogatus: Quid ipse de huiusmodi fama, & opinione credat? Resp.

Interrogatus: Quid ipsum testem ad id credendum impellat? Resp.

Interrogatus: De causa scientia, &c. & relectum confirmavit, &c.

Ego Fr. N. de N. testis affirmo que supra.

Hoc pacto, & alij testes examinandi erunt, quotquot Iudicis arbitrio de huiusmodi facto dubio verisimiliter valent deponere. Quod si ex depositis Iudex scelus abesse iudicaverit, vltimus minime progredietur, sed simul cum processu sileat.

Atque haec quidem in delicto facti permanentis, cum delicti author ignoratur, observanda sunt. An in delicto facti transiensis, quoniam minime opus est vt aliqua investigatione delicti, cum de delicti corpore per eandem infamiam, vel indicia constet, per que ad inquisitionem specialem delinquentis proceditur;

ditur, ipsa tantum infamia, vel indicia, quae de author delicti produntur, probanda sunt, vt simul, & de corpore delicti constet, & contra delinquentem specialis inquisitio formati queat.

Forma examinandi testes ad famam probandam.

In nomine Domini. Amen. Die N. anno N. in nostro Convento N.

Coram praefato, &c. Pater N. de N. testis vocatus fuit, & delato ei iuramento, &c.

Primo interrogatus: An sciat causam suae vocacionis? Resp.

Interrogatus: An cognoscat P. N. de N. ? Resp.

Interrogatus: Quomodo illum agnoscat, & ex quo tempore? Resp.

Interrogatus: Cuius famae, & nominis sit apud alios, & apud ipsum? Resp.

Interrogatus: An sit fama, quod Superiorum litteras aperiat, & interceptat? Resp.

Interrogatus: Quid sit fama? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat talem famam de illo esse? Resp.

Interrogatus: A quibus audiverit? Resp.

Interrogatus: Quomodo ab his audiverit, & qua occasione? Resp.

Interrogatus: An ipse vnquam viderit eum Superiorum epistolas aperuisse, aut interceptasse? Resp.

Interrogatus: A quo tempore d. P. N. de illo crimine sit infamatus? Resp.

Interrogatus: An sciat, vnde ortum habuerit illa fama, a probis na, vel a malevolis? Resp.

Interrogatus: An aliqua, vel aliqua passione pulsus iste deponuerit? Resp.

Et relectum confirmavit, & propria manu subscripsit.

Ego Fr. N. de N. testis affirmo que supra.
Ego Fr. N. Aetarius.

Cum vero speciali inquisitione ex indicijs inspicanda, ipsa quoque indicia, quae (vt dictum est, multa, & graviora esse debent, ante inquisitionem probanda sint, curet Index, vt singula indicia duobus saltem testibus fidedignis, & omni exceptione maioribus, medio iuramento, probentur in hac forma.

Forma examinandi testes ad indicia probanda.

In nomine Domini. Amen. Die N. anno N. in nostro Convento N. &c.

Coram admodum R. P. N. de N. Provinciali, &c. in testem vocatus fuit P. N. de N. aetatis N. Religiosis N. officio N. & delato, &c.

Primo interrogatus: An sciat causam suae vocacionis? Resp.

Interrogatus: An agnoscat P. N. de N. ? Resp.

Interrogatus: Ex quo tempore? Resp.

Interrogatus: An sciat d. Patrem gravem inimicitiam cum Patre N. de N. defuncto gessisse? Resp.

Interrogatus: An sciat causam illius inimicitiae? Resp.

Interrogatus: An sciat quomodo eos fuisse inter se inimicos? Resp.

Interrogatus: An viderit, aut ab alijs audiverit intercessisse inter eos aliqua signa dictae inimicitiae? Resp.

Interrogatus: An vnquam inter se reconciliati fuerint? Resp.

Interrogatus: Ex quo tempore reconciliati sunt? Resp.

Interrogatus: An post reconciliationem d. P. N. de N. exhibuerit aliqua signa inimicitiae erga defunctum? Resp.

Interrogatus: An credat, quod ob talem inimicitiam d. P. N. venenum defuncto propinare poterit? Resp.

Interrogatus: Quare id credat? Resp.

Et relectum confirmavit, &c.

Fr. N. de N. testis affirmo que supra.
Fr. N. de N. Aetarius.

His itaque, quae vel ad corpus delicti, vel ad necessarias famae, aut indiciorum probationes, tamquam iuris preparatoria pertinent praelabitis, Iudex, per legitimas informationes, ac testium examen iudicium inchoaturus, illud in primis, velut sacrum, ac immobile ac ad se statuat, necesse est praeterea, quae vel fama, vel indicijs probata sunt, nihil sibi inquirendum est. Idcirco capita quaedam ex delatis extracta, velut inquisitionis cancellos, sibi proponat, vltra quae inquisitionem non extendat. Nec tamen intra delicti metas adeo se presum exillimet, quin ad ea quoque inquirenda se diffundere valeat: quae vel criminis annexa sunt, vel ad illud cognoscendum conducunt. Quod igitur in hac re tantum caveri debet, id est ne inquisitio ad aliud criminis genus, quam quod fama, vel indicijs delatum est, live ad complices criminis agnoscendos se effundat.

Capitulis igitur ex his, quae fama, vel indicijs innoverunt, formati; Index testes in iudicium advocet, & vntquemcumque post gravem veritatis apertionem admonitionem adhibitam, medio iuramento sigillatim interroget.

Porro, quae in huiusmodi interrogatione observare debet, haec potissimum sunt. Primum, quod Iudex dictis testium nihil profus addat, vel minuat, sed tam ea, quae pro reo, quam que contra, reum a testibus deponuntur, excipi iubeat, ne pravorum Iudicium, instar humanum dumtaxat rei sanguinem sitientium, ea tantummodo Actuario scribenda dicit: quae inquisitionis nocere intelligit; quae vero illis prodelle queant, silentio involvat, imo, & quandoque scriptis mandare prohibeat. Quo fit, vt contra omne fas testis dictum dividat, quod omni iure indivisibile esse oportet. Quia propter videat, ne studiosa vere occultatione se falsi criminis contringat.

Secundo. Observandum est, quod & si in seculari foro testes pro informatione Curiae, prius parte non citata, examinentur, & dux Rodipmgnidndtq. Qui deinde, vt in iudicio probent, parte citata, repletuntur, & cum reo ipso constantur: at tamen in regulari foro, in quo summarie, & de plano iudicia aguntur, neque partis citatio ad videndum reperitionem testium, neque testium cum reo confrontatio regulariter fieri solet: quemadmodum, nec testium no-

mina, præterquam in gravissima causa, ubi reo nullus alius superellet defensionis locus, publicari solent: ne iurgia in Religione, quæ pacis domus est, excitentur. Quo fit, ut testes, qui semel pro informatione Curia, parte non citata, admisi fuerint, in iudicio probent, neque eorum repetitione, aut confrontatione opus sit, nisi Iudex, eos repetendos, aut in aliquo casu confrontandos fore, iudicaverit.

Tertio Studeat summopere, ut testes clarius, quoad fieri poterit, tempora, si non præcisè, saltem propinqua, loca, personarum, locorumque nomina expriment, ac præterea vultum, gestus, formam verborum, quibus actor delicti interdum usus fuit: qui auctores, aut principia rixarum, aut seditionum, qui principes, qui participes, qui auxiliatores, qui fautores, tam ante, quam post delictum, atque in ipso delicto fuerint. Demum, quæ vel ipsum factum, vel circumstantias facti, vel personas attingunt, diligenter ab his explicanda curet; præsertim verò eorum, quæ vel circa factum, vel personas deponunt, ab ijs omnium causas, ac rationes scientiæ inquirat: nimirum quomodo, aut qua ratione ad eorum notitiam pertigerit? Quod ad id necessarium est, ut id tamquam dictum testis vivificans censetur; sine qua illud, velut cadaver inutile iacet.

Quarto. Si testes aliquid se ab ijs audivisse deponant, quod ad criminis probationem pertineat, dicti auctores, si haberi possunt, examinandos fatagat: quod si longe absentes fuerint, & examinari non poterint, in processu constare faciat eos examinari non potuisse: testis enim de auditu, cum auctor dicti haberi non potest, nullam neque fidem, neque præsumptionem in iudicio præstat.

Quinto. Testes interrogari debent de reorum nomine, patria, conversatione, inimicitijs, amicitijs, studijs, familiaritate, &c. Ex quibus Iudex elicere poterit, cuius naturæ sit reus, aut quo vitio laboret, ut facilius ad delicti cognitionem deveniat.

Sexto. Ad testes citandos haud opus est inter nos aliqua iudiciali forma uti, cum ex antiquo Religionis stylo sufficiat, testem à Iudice per quemlibet Fratrem, si in Monasterio sit, verbo tenus absque villo scripto vocari; vel si absens fuerit, missis obedientialibus litteris acceri.

Septimo. Si testis mutus, vel surdus fuerit, ita ut neque eloqui, neque ea, quæ sibi dicuntur, audire valeat, si sciat scribere, Iudex illum scripto interrogare, & is in scriptis respondere potest: ut notat Malcardus: quod in his testibus quoque observandum est, qui Iudicis, aut Actuarius linguam ignotant, nec adsum interpretes, qui dictum testis Iudicem declarent.

Postremo. Quamquam Iudex Actuarius testium examen committere valeat, consilium tamen est, ut ipsemet testes interroget. Actuarius verò à nostris Iudicibus electi cum publica auctoritate, ut foci secularis tabellionis non polleant; optime consultum erit, ut Iudex in gravioribus præsertim causis pro arbitrio, tam in testium, quam in reorum interrogatione discretum aliquem Patrem sibi adducat, qui eorum examini subscribat. Porro, ut aliqua interrogan-

dorum testium forma Iudicibus detur, ex qua, & alias alijs criminibus aptas colligere valeant, hac vi poterunt.

Forma interrogandi testes.

In nomine Domini, & Gloriosissime ipsius Matris, & Beatissimi P. N. S. Francisci. Amen. Anno Domini N. die N. in nostro Conventu N.

Coram præfato admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro in testem vocatus P. Fr. N. de N. atatis suæ annorum N. Religionis N. Officio N. & admonitus, præstus illi iuramento de veritate, super his de quibus interrogabitur, dicenda: sicut iuravit tacto pectore, more Sacerdotali (si fuerit Sacerdos) in verò tactis Sacris Scripturis ad opportunas interrogaciones, respondit ut infra.

Primo interrogatus: An sciat causam suæ vocacionis? Respondit.

Interrogatus: De cuius Conventus Familia sit? Resp.

Interrogatus: An cognoscat P. N. de N.?

Interrogatus: An vnuquam secum in eadem Familia fuerit commoratus? Resp.

Interrogatus: A quo tempore, & quomodo illum agnoscat? Resp.

Interrogatus: Cuius famæ, dictus P. N. sit apud alios? Resp.

Interrogatus: Cuius opinionis sit apud ipsum? Resp.

Interrogatus: Quare eam opinionem de se ipso conceperit? Resp.

Interrogatus: An fama vnuquam audiverit de Fr. N. interceptisse, vel aperuisse litteras Superiorum? Resp.

Interrogatus: A quibus audiverit, & quando? Resp.

Interrogatus: An ipse testis sciat, aut viderit illum aperuisse, aut interceptisse litteras Superiorum? Resp.

Interrogatus: Quo tempore, & quo loco? Resp.

Interrogatus: Quis alius esset præsens? Resp.

Interrogatus: Quorum Superiorum illæ litteræ fuerint? Resp.

Interrogatus: Quidnam de ipsi litteris factura fuerit? Resp.

Interrogatus: An ipsum reprehenderit? Resp.

Interrogatus: De causa scientiæ, de loco, tempore, &c. Resp. ut supra.

Interrogatus: An hæc deposuerit oâio, vel aliqua contra illum passione ductus? Resp.

Tunc præfatus admodum R. P. Provincialis Minister, relicto ad verbum prædictis depositionibus, eisdem mandavit, ut proprio examini subscriberet, præcipiens illi in virtute sanctæ obedientiæ, ut cum nomine de his loquatur.

Et relectum confirmavit, & manu propria subscripsit.

Ego Fr. N. de N. testis affirmo, quæ supra.
Fr. N. de N. Actuarius.

Quod si aliquis testium in iudicium vocatus, renuat deponere, aut depositioni subscribere, vel à Iudice interrogatus ad rem non respondeat, vel inreverenter erga Iudicem se gerat. Primo quidem leviter obiur-

obiurgandus est; verum si ècepto non desistat, asperius increpandus. Demum si contumax, ac insolens persistat, cogendus est, ac poenarum inflictione compellendus, quo fieri poterit per impositionem silentij, ieiunij in pane, & aqua; suspensionis à Divinis, & si opus fuerit per excommunicationis comminationem. Si tamen rei gravitas id postuleret: quæ omnia in actis describenda sunt. Nimirum.

Interrogatus: Noluisti respondere, vel proprio examini subscribere, vel quædam imaginatio, & ad rem non pertinentia proloqui cepisti, vel aliorum testium dictis absque fundamento villo, cum risu, & Iudicis contemptu capiti advertari: quem cum R. P. Minister Provincialis, prius benignè, deinde gravius increpasset, noluit resipiscere, sed in sua pertinacia persistere voluit: ex quo deinde Iudex decretum sic formare poterit.

Decretum pro teste cogendo.

Quoniam P. Fr. N. de N. in testem vocatus, & ab admodum R. P. N. de N. Provinciali Ministro, Provincie N. legitime interrogatus in causa P. N. de N. respondere noluit, vel proprio examini subscribere repuit, & ab eodem iterum, atque iterum monitus, & correptus, in sua contumacia persistit; idcirco, de consilio discretorum, decrevit, prout præsentis decreto decernit, ut dictus P. N. in pane, & aqua, quotidie ieiunet, & tandiu à Divinis sit suspensus, quoad ipsius mandatis pareat. Datum in Conventu nostro N. die N. anno N.

Fr. N. de N. Minister Provincialis.
Fr. N. de N. Actuarius.

Si verò post correptionem, aut poenarum inflixionem testis resipiscat, & ad cor rediens veniam petat, depositio admittatur: Actuarius id ita in actis referente ad cor rediens veniam inobedienciæ petijt, & fuit denovo interrogatus.

Interdum etiam contingit, testem, vel in iudicio falsa deponere, vel varium esse, vel aliud in iudicio cum iuramento affirmare, quod extra iudicium negaverat; vel asserere se nihil scire, cum oppositum ex testibus contet; vel infamem, vel socium criminis, vel aliquem inhabilem esse: quos vel in poenam sceleris, vel ad eritendam veritatem, vel ad maculam inhabilitatis abstergendam torqueri opus est.

Si testis ex aliorum testium dictis falsum deposuisse, aut verum negasseprehendatur, illum Iudex benignè iterum, atque iterum admonet, ut à mendacijs abstineat, & veritatem, quam novit candide, profert; alioquin cum socijs confrontandum, & secundum iura puniendum esse: idque Actuarius in actis inserat hoc modo.

Interrogatus, & monitus ab admodum R. P. Provinciali Ministro, circa ea, de quibus interrogatus fuit, veritatem tetterit, quoniam apertissime in sua depositione bis, vel ter in mendacio expresso fuit deprehensus; priusquam consocij ante ipsum aduocentur, & cum eo confrontentur. Si tunc dictum revocaverit, scribatur ab Actuario: prius dictum revocavit, atque ita respondit. Sin pertinax in priori dicto suo asserca-

do persisteret, iubet Iudex alios testes ante ipsum ad vocari: quos medio iuramento iterum de eodem dicto interrogabit: qui si vniquam dictum coram dicto teste pertinaci confirmaverint, ac illum falsi conuincerint, tunc, etsi veniam petant, non indulgeatur. Sed Iudex terminum illi ad defensionem assignet: quæ ratione tamquam testis falsus puniendus non sit. Interim edito decreto, illum ad custodiam carceri mancipabit, ut suo tempore falsi poenas luat. Actuarius cuncta in actis describens hoc pacto: Erum in dicto suo asserendo, pertinaciter insisteret, vilius fuit præfato admodum R. P. Provinciali Ministro, concesses illos coram ipso teste pertinaci vocare, atque illi confrontare: qui cum aduenissent, & coram dicto teste pertinaci cum iuramento omnes affirmasse vera esse, quæ quisque coram deposuisset, de crimine à P. Fr. N. de N. perpetrato: & de ipsius contentis præsentia, ac sententia vnius diei terminum dicto teste pertinaci ad defensionem assignavit, cur tamquam testis falsus non debeat puniri inter cetera decrevit, prout præsentis decreto statuit, ut ad custodiam carceri mancipetur.

Forma decreti pro falso teste carceri mancipando.

Cum admodum R. P. N. de N. Provincialis Minister huius Provincie N. post multas, & graves admoniciones adhibitas P. Fr. N. de N. in testem vocato in causa P. N. de N. ut veritatem simpliciter aperiret, & post contentium confrontationem eidem factam, ipsum P. N. de N. in sua falsitate asserenda pertinaciter reperisset: de consilio Discretorum ipsum formali carceri ad custodiam mancipandum fore decrevit, prout præsentis decreto decernit, termino vnius diei sibi præfixo, ad producendum: & allegandum quidquid producere, & allegare voluerit. Datum in nostro Monasterio N. die N. anno N.

Fr. N. de N. Provincialis Minister.
Fr. N. de N. Actuarius.

Si verò testis in sua depositione se varium, ac vacillantem præberit, veluti cum in eodem, vel diverso examine contraria affirmat; vel prius asserens, deinde per verbum credo deponit, & similia: quandoquidem depositionum varietate duplici ex capite manare potest, nimirum, vel inconstantia dicti, vel ex subornatione, quæ illi facta præsumitur ad præcedentem depositionem infirmendam: ut puta, si prius deposuisset se vidisse N. vulnerantem M. cuius rei plures, veras, ac verisimiles circumstantias addidisset, postea verò in altero examine dictum retractet, & dicat se non vidisse, aut alium vidisse subornatum præsumitur. Idcirco testes huiusmodi varij levius, vel gravius ad Iudicis arbitrium torqueri poterunt. Interdum quidem ad sciendum, in quo dicto persistant, quandoque etiam, ut Iudicis intellectu à quo, vel à quibus subornati fuerint ad prioris examinis dictum revocandum. Porro cum torturam semper decretum præcedere debeat, prius decretum sic à Iudice formari poterit, & actibus inseri.

Forma decreti ad testem variam torquendum ex inconstantia dicti.

Tunc prefatus R. P. Provincialis Minister, visis, &c. ac ponderata variatione, & inconstantia ipsius Fr. N. testis, qui in priori examine facta die N. dixit assertive se vidisse N. in tali loco vulnerantem N. gladio, modo vero sub dubitatione, & per verbum Credo illud deponit, idque alio in loco, & non gladio, sed lapide. Ad tollendum igitur omnem periurium, & varietatis maculam, & ad effectum sciendi, in quo dicto ipse testis persisterat, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandavit, prout presentis decreto mandatur, eundem Fr. N. de N. testem examinatum in cellam recludi, indeque non egredi, nec cum vilo loqui, ibique solo pane, & aqua vesci, donec puram facti veritatem testetur. Actum in Monasterio N. die N. anno N.

Fr. N. de N. Provincialis Minister. Fr. N. de N. Actuarius.

Forma decreti ad testem variam torquendum ex presumptione subornationis.

Tunc prefatus R. P. Provincialis Minister, visis, &c. et perpena ad verbum depositione per N. testem facta in priori examine die N. in qua assertit se vidisse N. in tali loco, & tali die gladio vulnerantem N. consideratisque pluribus circumstantiis dictam depositionem concomitantibus, que verificata fuerunt, & que sunt adeo verisimiles, ut omnino credendum sit ipsum examinatum verum in examine deposuisse, modo autem cum id negat se vidisse, aperte mentiri, praesertim cum ea, que in primo examine deposuit, sponte, & de plano deposuerit; & modo in secunda sua depositione nullam sufficientem, aut verisimilem causam huiusce suae variationis adducat. Qua propter valide credibile, ac verisimile est ipsum N. testem ad dictam priorem ipsius depositionem revocandam, ab aliquo, aut aliquibus subornatum fuisse: ad effectum igitur sciendi ab ipso examinato, an ab aliquo, sive aliquibus, & a quo, seu a quibus subornatus fuerit ad dictam priorem depositionem revocandam, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum; citra tamen praedictum quorumcumque iurium ipsum puniendi Religioni competentium ex dicta variatione, quibus per praesentem torturam ipse R. Provincialis Minister praedicta non intendit, & non alias, aliter, &c. De quo expresse protestatus fuit, & protestatur. Mandavit, prout presentis decreto mandat, dictum testem examinatum in cellam recludi, neque inde egredi, aut cum vilo loqui, nec non solo pane, & aqua vesci, donec a quo, vel a quibus subornatus fuerit, aperiat. Actum in nostro Monasterio, &c.

Fr. N. de N. Provincialis Minister. Fr. N. de N. Actuarius.

Quod si testis aliquid cum iuramento in iudicio asseruerit, quod extrajudicialiter, aut negasse, aut negare per testem depositiones cum iuramento depre-

henditur, torturae subijci poterit ad variationum maculam eluendam, decreto in hanc formam edito.

Forma decreti ad testem torquendum, qui quod iudicialiter cum iuramento deposuit, extrajudicialiter negat.

Prefatus R. P. Provincialis Minister, visis, &c. et perlectis depositione N. testis in iudicio facta, & depositionibus in eodem iudicio factis, a N. N. N. avimaduertens ipsum N. testem aliud dixisse in iudicio, aliud vero extra iudicium cum iuramento coram N. & N. affirmasse, & ponderatis verbis praecitis per ipsum testem extrajudicialiter prolatis, de quibus in processu constat; ex quo aperte apparet ipsum N. testem inconstanter de veritate facti. Ad tollendam igitur omnem maculam periurij ab eius persona, & ad purgandum omnem defectum varietatis, & ad effectum sciendi, in quo dicto ipse testis persisterat, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandavit, prout presentis decreto mandat, ipsum N. testem, &c. ut supra, &c. Actum, &c.

Fr. N. de N. Provincialis Minister. Fr. N. de N. Actuarius.

Testis vero, de quo ex processu constat tempore delicti fuisse in loco delicti, & quomodo factum se habuerit videre potuisse, ac proinde, tam de commissio delicto, quam de auctore delicti verisimiliter informatum esse; si ibi adfuisse negarit, vel factum vidisse, & per vnum saltem testem ipso digniore convinci queat, vel constet eum extrajudicialiter confessum fuisse, quod delicti notitiam habuerit, post gravem iudicis minationem, ut verum deponat, quod novit; si in negatione persisterat, torturae subijci poterit, hoc precedente decreto.

Forma decreti ad testem torquendum, qui negat se inter alios in suis delicto, cum oppositum constas.

Prefatus R. P. &c. visis, &c. auditisque, ac perlectis depositionibus N. N. testium deponentium N. in testem vocatum scire perpetrati criminis seriem, pluribusque monitionibus ipsi examinato praemisissis, ut veritatem fateatur. Consideratoque quod in iudicio constet ipsum aliquo pacto in loco admitti criminis praesentem ad fuisse, quo ipsum crimen perpetratum fuit: inde verisimile est ipsum vidisse, quomodo factum se habuerit, & quis fuerit delinquens, licet ipse hoc expresse inficiari conetur: considerantique alijs indicijs ex processu resultantibus, & contra delictum examinatum facientibus.

Qua propter idem prefatus R. P. &c. ad effectum habendi ab ipso teste examinato plenam, & integram veritatem super praemisissis, de quibus, ut dictum est, verisimiliter apparet informatum, atque ad omnem alium meliorem finem, & effectum; mandavit, prout presentis decreto, &c. ut supra, &c. Actum, &c.

Fr. N. de N. Minister Provincialis. Fr. N. de N. Actuarius.

Denique, si testis, vel infamis, vel criminosus, vel vilis

vilis persona, vel alia ratione ad testificandum inhabilis fuerit, is torquendus erit, ut omnis ab eorum inhabilitatis macula, quam exceptio, que contra eum opponi potest, auferatur. Porro decretum ad torturam his inferendam, mutato dumtaxat inhabilitatis titulo, tale erit.

Forma decreti ad torquendum testem inhabilem.

Prefatus R. P. &c. visis, &c. stante qualitate N. examinati, & considerata inhabilitatis nota (explicetur species inhabilitatis, qua affectus reperitur) ad tollendam maculam praedictam, & ut eius dictum magis efficiat nominatum, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, mandavit, prout presentis decreto mandat, ipsum N. per integrum diem in cella recludi, cum necine loqui, ibique solo pane, & aqua vesci. Actum, &c. In nostro Monasterio N. die N. anno N.

Fr. N. de N. Provincialis Minister. Fr. N. de N. Actuarius.

Exploret igitur testium examine, Iudex probationes, ac indicia, quae ex eo relictur diligenter explorare debet: an ex his semiplena saltem probatio exurgat, quae ad reum interrogandum, & constituendum sufficiat. Quod si testes, aut discordes, aut varios, aut alias nihil comodius testes invenierit, aut levia tantum indicia contra reum deposita ostenderit; ibi sitat, & vterius ad reum interrogandum non procedat, nisi novit testes, aut indicia superveniant, quibus via ad reum constituendum aperitur.

At vero ubi legitimas, tam ex testibus, tum ex indicijs constatas probationes adesse perspexerit, ad reum non tam constituendum, quam etiam si crimen negaverit, tormentis subiiciendum sufficientissimas causas qualitates, nec non personae meritum apud se mature perpendat. An videlicet crimen sit gravissimum, occultum, perniciosum, an persona sit vilis, solita delinquere, male opinionis, & famae infamiae macula notata, indicia quoque an graviora, vehementia, clara, vel similia existant; num etiam rei fuga timeatur: ex his iudicare poterit num ad ipsius captivam illuc deveniendi sit. Nam, ubi iuxta Clar., & Ambrosini sententiam hodierno vti captura iudicibus arbitraria sit, ita vt tota ex Indicis arbitrio pendeat, nec illius certa regula praescribi possit; attamen Iudici consilium est, ne facile, nisi in gravissimis criminibus, in quibus rei fuga probabiliter timeatur ad gravium praesertim, vel iniquatum personatum captivam deveniat. Vbi vero reus carceri, ad custodiam mancipatus fuerit, decreto emisso, id in actis describi curet.

Forma decreti ad reum incarcerandum.

Prefatus R. P. &c. visis videndis, &c. et diligenter exploratis depositionibus testium, & indicijs, que contra N. iniquitum ex processu constat, ex quibus adversus eundem resultat semiplena criminis probatio. Insuper considerato, quod crimen, de quo agitur, est eius generis, ut ipsius fuga maxime timeatur. Man-

davit, prout presentis decreto mandat d. N. capi, & carceri ad custodiam mancipari, a quo nisi de ipsius mandato amoveri non possit. Actum, &c. Die N. anno N.

Fr. N. de N. Provincialis Minister. Fr. N. de N. Actuarius.

Vbi hoc decretum executioni mandatum fuerit, relatio a carcerario facta de incarceratione rei in processu scribatur.

Ego Fe. N. de N. Actuarius fidem facio dictum decretum per me fuisse intimatum dicto N. & fuisse ipsum N. cum effectu carceri foris mancipatum. Die N. anno N.

Fr. N. de N. Actuarius.

Si reus de huiusmodi decreto appellaverit, non est audiendus; sed in carcerem custodiendus, ut notat Clarus. Huiusmodi enim appellatio non admittitur.

Iudex tamen advertat, ut dum rei causa deciditur, carcer, qui reo non ad penam, nec ad arctationem, sed ad custodiam datur, humanus, ac mitis sit, ita vt custodiam non cruciatum praeserferat, ut lege sancitum habetur his verbis: Interea dum causa deciditur, custodia talis sit, ut excruciatio desit, & tamen reus sub huius custodia maneat: eum enim carcer tripliciter tantum ratione reus tribui solet. Primum ad custodiam, ne auferantur; nam ut habet textus in leg. Si enim logetur, & si Si Ticio facilius, &c. Facilius est captum liberare, quam liberum capere. Secundo, ad arctationem, & ad torturam, cum scilicet pro tortura reo adhibetur. Tertio, ad penam, cum pena carceris reo ad delicti punitionem per sententiam adhibeatur.

Ex his: primum carceris genus omni cruciatu carere debet; ne custodia in penam transeat. Id circico Iudex, qui reo nondum damnatum mancis, compedibus, vel catenis absque causa affligit, vel inedia conficit, iuxta Navarrum, & Covarrubiam mortiferè peccat: et si reus ob eius immanitatem intereat, irregularis efficitur. Id quoque ignorare non debet ex sola informatione extrajudiciali; Interdum ad rei captivam posse procedere: tunc nimirum cum crimen est atrox, & enorme; reusque suspectus est de fuga, & Iudex omnino certus est, quod post captivam testes sponte ad examen accedent; ut sententiam Clarus, Salicetus, Farinacius.

Reo in carcerem ad custodiam detructo, Iudex ante omnia criminis, de quo agitur, naturam, ac titulum investigare debet: puta an furtum, an sacrilegium, an fornicatio, ac simile delictum nominatum sit, vel proprio nomine careat, ut delicto titulum imponere valeat. Quaedam enim crimina nominata dicuntur, quae nomina ex propria specie sortiuntur. Alia vero not nominata nuncupantur; quae cum ob imperfectiorem, vel commixtionem specierum, ac quibus constant, proprio nomine careant, sub generali rellationatus crimine, quod omnia non nominata complectitur, comprehenduntur.

Criminis titulo perspecto, delicti qualitas, ac circumstantia secundo loco illi reus, ac diligentius perpendenda sunt. An scilicet delictum sit atrox, & immanis. An publicum, vel occultum? An facilius, aut difficil-

facilis probationis? An castale, vel dolo coniunctum? An in loco sacro, vel extra illum? An cum plurimorum scandalo, aut privatum? An in personam honestam, vel turpem fuerit patratum, atque huiusmodi alia, quae in delictis à prudente Iudice perpendi solent. Tertio loco, rei persona Iudici consideranda est: num gravis, aut simplex, num docta, vel indocta, num pertinax, vel facilis, num verbosa, & garrula, vel circumspecta, num maligniosa, vel doli expertus, num timida, vel temeraria? Quae omnia prudenter dispicienda sunt: cum ex his non solum interrogandi copia Iudici subministratur, verum etiam quis ordo, ac modus in interrogatione illi servandus sit: quae simpliciter, quae accuratè tractare, quando placide, quando severe agere debeat facile agnoscatur.

Gravis enim persona graviter, ac decore examinanda est: simplex, simpliciter: docti rationibus, & argumentis ex processu desumptis, facilius conuincuntur. Pertinaces, & verbosi pluribus interrogationibus etiam à facto alienis, ac levibus sunt defatigandi: ut puta, an sederent, an fiant, an tempus esset nubilum, vel serenum, an locus esset planus, an acclivus? &c. Timidi minis terrentur: maligniosi, ac temerarij in verso interrogatorum ordine, locorumque, ac temporum, & personarum percussatione facile capiuntur; & ad contradictiones adiunguntur.

Caveat tamen Iudex, ne ad eruendam à reis veritatem ipsas criminis impunitatem polliceatur, cum Iudex turpe sit fraude, & dolo erga reos vti. Quarto loco, Iudex omni diligentia processum totum examine, vivè & sàpè probationes, quae contra reum, tam ex fama, vel indiciorum probatione, quam ex testium dictis, aut scriptis in iudicio productis, in actis constent: singula quoque indicia, tam levia, quam gravia accuratissimè scrutetur, colligat summarium, conficiat, & ex his capitula, & interrogatoria eliciat, quibus ad reum interrogandum, velut regula, ac duce utatur.

Quinto loco, Iudici observandum erit, ut interrogatoria, quibus reum aggreditur, clara, & aperta sint, quae non plures, sed singulares tantum res complectantur: atque his reum clarè, & perspicuis verbis, ac strictè responderi compellat, initio non statim ab ipsa re interrogatione exordiat: sed paululum vagando, ac per nonnullas interrogationes etiam à negotio remotas, diveriendo, paulatim ad ipsum factum accedat, ac tum opportunè interrogando, argumentis à loco, à tempore, à persona à causis, ab effectibus, à coniunctis, ab euntibus, ab antecedentibus, à consequentibus, à repugnantibus deductis, à reo veritatem elicere studeat. Ab interrogationibus tamen, quibus via reo ad defensionem intercluditur, abstinere debet, ut puta, an reus disfamatus de suspecto consortio obsequio animo mulierem tetigerit. Cum enim reus eo fertur possit, quod simpliciter id egerit, ea interrogatione fores illi percludantur.

Maximè verd omni cura, ac diligentia caveat, ne suggestionem aliqua erga reum utatur, ita ut illum instruere videatur, quomodo delictum fateri debeat: id enim abominandum est, & confessio eiusmodi per

suggestionem facta profus nulla foret: suggestio verò non tam circa principale factum, quam circa loca, tempora, personas, & alias quaecumque facti circumstantias versatur: cum scilicet Iudex in specie de his reum interrogat, vel eidem huiusmodi confessiones suggerit. Quae propter, ut ab his suggestionibus Iudex se liberum servet, ab interrogatione omnium qualitatum, & circumstantiarum facti in specie abstinere debet, generaliter tantum interrogando reum, quo tempore, an solus, vel cum socijs, & quot numero, an aliquo mandante, vel auxiliante id egerit: & si liceat de complicibus inquirere; quinam complices fuerint, quis mandans, quis fautor, qui auxiliares? non autem si N. testis fuit socius criminis, vel mandans, vel fautor, &c. vel si tali loco, tali tempore, cum tali persona factum patravit: inde enim suggestio oritur, cum non in genere, sed in specie de facto, ac illius circumstantijs queritur: nisi id in specie, & expressè in actis appareat, vel expressione alicuius circumstantiarum ad veritatem faciendam compelleretur: quod Iudicis arbitrio iudicandum relinquatur.

Postremo loco Iudex ad rei interrogationem accedens, omnem profus odij, aut benevolentiae passionem, pravamque animi cupiditatè à se longè abiciens, alè animo repetat: se Dei Iudicis à quo, & ipse iudicandus est, personam, ac manus in terris gerere. Quatum ab omni in primis personarum acceptione abstinere: ad tormenta citò non accurrat: cum enim tortura remedium subsidiarium sit, ad quod tunc tantum confugiendum est, cum alia remedia frustra tentata fuerint: impij, ac immanis Iudicis signum est facile, & absque gravi causa ad illud propere: quare potius patienter, ordinatè, clarè, subtilitè, & accommodatè reum interroget, ac prudentibus interrogatorijs eo illum perducere studeat, ut vel inuitus delictum fateatur: quae profecto, haud modica Iudicis laus est, cui illud persuasum esse debet, tunc se causam amisisse, & minus perfectè Iudicis officio functum fuisse, cum ad tormenta reum provocat. Reum patienter sustineat, verbis placidis alloquatur, à veritate fugientem suavis hortationibus, ac monitionibus ad conscientiam revocet. Nunquam tamen cum reo familiariter agat, ne inde ipsius dignitatis, ac officij contemptus oriatur, sed gravitatem, ac maiestatem, simul cum affabilitate coniunctam servet.

Porro, etsi certa rei interrogandi regula, ac methodus Iudici praescribi non possit, ob varia, criminum genera, quae in iudicijs agitantur, quibus diversis profus interrogationes aptari debent. Hic tamen placet formulam interrogationis in crimine de vulnerè illato, explicare, ut ex ea, alijs quoque in ceteris criminibus formare discat. Iudex igitur opportunè tempore reum accersat, & vno, vel duobus Discretis Patribus, secum adhibitis, in hanc formam interroget.

Forma interrogandi reum in primo consulto.

In nomine Domini. Amen. &c. Die N. anno N. in nostro Conventa N.

Coram praefato R. P. N. de N. Provinciali Ministro,

N. et N. testibus adhibitis, & me N. A. Notario, vocatis, & constitutis fuit personaliter extra carceres Fr. N. de N. reus in hac causa principalis quoad se, & testis quoad alios: testatis suae annorum N. Religionis N. officio N. & declarato illi itata suae causae, praemissaque admonitione, quod proprium crimen, itantibus probationibus, & iudicijs, quae contra eum in processu militat, sub aeterna damnationis poena fateri teneatur: ac propterea delato ei iuramento de veritate dicendae super his, de quibus interrogabitur, proat iuravit tacerè pectore more Sacerdotali (vel tacitis Sacris Scripturis, si non fuerit Sacerdos) ad opportunas interrogaciones respondit, ut infra.

Interrogatus: An sciat, vel praesumat causam suam vocacionis? Resp.

Responso scribitur eo termino, quo à reo profertur, si reus veniat è carceribus.

Interrogatus: Unde veniat? Resp.

Interrogatus: An sciat, vel praesumat causam suam carceracionis? Resp.

Interrogatus: Ex quo tempore detrusus fuit in carcerem? Resp.

Interrogatus: A quo in carcerem fuerit iniectus? Resp.

Interrogatus: An alijs fuerit inquisitas, processus, & incarceratus? Resp.

Interrogatus: Quae de causa? Resp.

Interrogatus: Quo tempore, & quo loco id fuerit? Resp.

Interrogatus: Quoties in carcerem fuit detrusus? Resp.

Interrogatus: Quomodo de carcere exierit? Absolutus ne? An damnatus? Resp.

Haec propterea à reo inquiruntur, ut culas fama, ac nominis, ut perspèctam, habeatur: postea examen prosequatur.

Interrogatus: An inimicitia cum alio gerat? Resp.

Interrogatus: Quinam ille sit? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat illum sibi esse inimicum? Resp.

Interrogatus: Qui tunc esset praesens, cum illi sibi iniectus esset? Resp.

Interrogatus: An vnquam reconciliati fuerint? Resp.

Interrogatus: A quo tempore? Resp.

Interrogatus: An alijs haec inimicitia nota fuerit, & quibus? Resp.

Interrogatus: An existimet ob praedicta verba d. N. ipsam odio prosequi? Resp.

Interrogatus: An pateat cum hominem esse probum? Resp.

Interrogatus: Quare illum existimet esse malignum, & sibi inimicum? Resp.

Haec de rei inimicis, & suspectis. Id circo in ipso examinis exordio à Iudice praebanda sunt: antequam ad alias interrogationes prosiliat, ut altaris exceptionibus rei tempestivè occurrat: qui cum ex interrogationibus saepe in testium cognitionem deveniat, qui contra ipsum deposuerint, illos itajam, velut inimicos excipere solet, cui haec interrogandi forma exceptio

nis via pracluditur. Deinde ceteras interrogaciones prosequatur.

Interrogatus: An sciat de N. vulnerato? Resp.

Interrogatus: An agnovit d. N. vulneratum? Resp.

Interrogatus: A quo tempore, & quomodo illum agnovit? Resp.

Interrogatus: Quantum temporis lapsum fuerit est quo ipsum vidit: et cum eo loquutus est? Resp.

Interrogatus: De qua re cum ipso egit? Resp.

Interrogatus: An pacificè ab eo discesserit? Resp.

Interrogatus: Quanam fuerint illa verba contentiosa? Resp.

Interrogatus: Quis ibi esset praesens? Resp.

Interrogatus: An sciat quo tempore, & qua hora d. N. fuerit vulneratus? Resp.

Interrogatus: Quomodo id sciat? Resp.

Interrogatus: An audierit dictam vulneratum elamantem? Resp.

Interrogatus: Vbinam tunc esset ipse vulneratus? Resp.

Interrogatus: Quomodo id sciat? Resp.

Interrogatus: Vbinam tunc reus esset? Resp.

Interrogatus: An tunc secum aliquis esset? Resp.

Interrogatus: An ad clamorem vulnerati accurset? Resp.

Interrogatus: Quare non accurset? Resp.

Interrogatus: An sciat famam esse, quod ipse reus dictum N. vulneraverit? Resp.

Interrogatus: Quomodo sciat? Resp.

Interrogatus: Unde orta fuerit illa fama? Resp.

Interrogatus: Quare orta fuerit? Resp.

Interrogatus: An arma aliqua in cellam suam detulerit? Resp.

Interrogatus: Quanam arma fuerint, & culas gea neris? Resp.

Interrogatus: An ab aliquo visa fuerint, & à quo? Resp.

Interrogatus: Quorsiam illa arma in cella servaret? Resp.

Interrogatus: Vbinam sunt dicta arma? Resp.

Interrogatus: An de licentia Superioris dicta arma servaret? Resp.

Interrogatus: Unde dicta arma sumpsit, vel è quo habuerit? Resp.

Interrogatus: An, clamore vulnerati extorto per dormitorium curreret? Resp.

Interrogatus: Quid gestaret in manibus? Resp.

Interrogatus: Quoniam se receperit? Resp.

Interrogatus: An non ipse dictum N. vulneraverit? Resp.

Si reus delictum confessus fuerit, efficiat Iudex, ut omnes quoque delicti qualitates, & circumstantias integre recenseat, fateatque, ne interrumpat, aut res moretur: huiusmodi enim interruptio, vel retardatio captam confessionem revocandi peritumque consilium suggerit. Quinimò cum delicti fateri exeperit, non dimittat, & sicuti hora cense, aut prandij, aut

somnii iustitiae: nam inter eos, & offam iustitia possunt contingere, dataque reo dilatazione, ac tempore ad deliberandum, id amittitur, quod magnis laboribus iam velut comparatum habebatur.

Habita a reo huiusmodi confessione, describatur ab Actuario his verbis.

Er cum dicta confessionem audisset praefatus R.P. Provincialis Minister, per eum fuit in examine supersessum, cum animo iterum, & quoties sibi visum fuerit eum interrogandi: & insit eundem subscribi dictae depositioni. Et relectum confirmavit, & manu propria subscripsit.

Ego Fr. N. de N. Actor, et supra.
Ego Fr. N. de N. Minister Provincialis.
Ego Fr. N. de N. testis.
Ego Fr. N. de N. Actuario.

Quod si reus interrogatus crimen negaverit, a Iudice graviter admonendus erit, & ex iudicij, quae de ipso constant, coarguendus, veluti ex odio, ex inimicitia, ex iniuria, ex preparacionibus, ex loco, ex tempore, ex armis, ex fuga, ex fama, ex delinquendi consuetudine, & alijs huiusmodi, prout ex processu elici poterunt. Ex responsionibus quoque rei argumenta, aut falsitatis, aut impossibilitatis, aut improbabilitatis adversus ipsum student colligere: omnesque huiusmodi iudicij admonitiones, & impugnationes, & rei confessiones ad verbum in actis scribantur, hoc modo.

Tunc praefatus R.P. Provincialis Minister cum audisset dicti N. constituti negationem graviter illum admonere cepit, ne in conscientia suae praedicti, ac Divinae Maiestatis iniuriam, veritatem tot iudicij probatam videris negaret: & ut illam ad veritatem faciendam magis promoveret.

Obiecit primo: Quod de odio, ac inimicitia ipsius erga vulneratum aperte constet, ex quo de valore illato praesumitur. Cui reus resp.

Obiecit secundo: et sic de ceteris.

Cum vero Iudici visum fuerit re eum ad sufficientiam interrogasse, haec forma examinis absolvat.

Tunc praefatus R.P. Provincialis Minister acceptatis, &c. propter horae tarditatem, vel aliorum negotiorum copiam, examen dimisit, & ipsum reum constitutum mandavit detrueri in carceres, antequam tamen continuandi examen, &c. Iniungens ipsi constituto post relectam ipsius depositionem, ut se proprio examine subscribat, prout relectum confirmavit, & manu propria subscripsit.

Subscripsit, ut supra.

Ceterum id Iudex ignorare non debet, se toties reum interrogare posse, quoties ad criminis confessionem ab eo eruendam id expedire perpenderit: neque aspernandum illorum consilium est, qui ter saltem reum constituendum esse sentiant, antequam per tormenta interrogetur, cum, ut diximus, prius omnis via tentanda sit, qua reus ad veritatis confessionem suavitè disponi queat, quam ea per tormentorum rigorè, ac severitatem extorqueatur. Qua propter cum Iudici opportunum fuerit, reum iterum ad se vocatum constituet, & medio ipsius iuramento, assistentibus discretis, interrogabit hoc modo,

Forma secundae, & tertij consilij.

In nomine Domini. Amen, &c. Die N. anno N. in nostro Conventu N.

Coram praefato, &c. assistentibus, &c. iterum vocatus, & constitutus fuit N. reus in hac causa, & gravi admonitione praemissa, delatoque ei iuramento de veritate dicenda super his, de quibus in primo constituto interrogatus fuit, & in hoc secundo interrogabitur, prout iuravit, &c. ad opportunas interrogaciones respondit, ut infra.

Primo interrogatus: An se ipsum disposuerit ad veritatem fatendam super his, de quibus alias interrogatus fuerit? Resp.

Interrogatus: Qua fronte negare possit se d. N. vulnerasse, cum tot iudicia, & probationes in processu de hoc ipso extiterint? Resp.

Tunc Iudex epilogus omnibus testibus, & iudicij, quae contra reum ex processu manant, & his, quae reus in alijs constitutis respondit: ex his validissime reum coarguat, praesertim, si illud vltimum constitutum fuerit, sigillatim vnumquodque iudicium opponendo. Quae omnia ab Actuario diligenter scribantur.

Interrogatus: Quomodo possit hic tergiversari, aut apertam veritatem negare, cum tot contra ipsam iudicia, ac manifeste probationes vigeant, ex quibus aperte convincitur se delictum patrasse? Resp.

Interrogatus: Qua facie audeat se innocentem criminis asserere cum ex tali tertij depositione aperte seus criminis constitutur? Et legatur illi depositio sine nomine testis, quod vbiq; servet, cum testimonium dicta recenserit.

Interrogatus: Quod iam manifeste de ipsius pertinacia appareat, cum non solum delictum a se commissum agnoscere recusat, verum etiam viros probos, & fide dignos, qui iuramento astricti veritatem deposuerunt, salarios addet appellare, quibus tamen ab exordio exceptione nullam obtulit. Idcirco benigne admonitus fuit, ut ab huiusmodi pertinacia discedat, & veritatem, ut debet, fateatur? Resp.

Interrogatus: Quomodo audeat adhuc patratum delictum negare, cum ex suis responsionibus mendacij, ac variationis arguatur? Primum cum ita respondit: singulaque responsa, quae falsitatem, aut improbabilitatem, aut variationem dictorum continent opponantur? Resp.

Interrogatus: Et monitus ne amplius in criminis negatione persistat, cum tot testes, tot iudicia, tot coeclura, tot praesumptiones illam commissi sceleris convincant (sicutque epilogus, ac recapitulatio omnium probationum, iudiciorum praesumptionum, &c. quae in actis habentur, & simul omnia rei aspectui obiecta: Ex his enim reus saepe confusus ad veritatis confessionem adigitur) quod si in negatione pertinax fuerit, veritatem commissi criminis vi tormentorum ab eo extorquendam esse sciat? Resp.

Si reus veritatem fateri renuat, tunc Actuario scribar. Tunc praefatus, &c. acceptis, &c. Examen dimissit, & ipsum reum constitutum in reclusi in carcerem iniungens ipsi constituto, ut post relectam depositionem

tionem ipsas propria manu subscribat, prout relectas confirmavit, ac manu propria subscribit.

Subscripsit, ut supra.

Animadvertat vero Iudex, ut in responsionibus rei, non solum verba, sed etiam gestus corporis, singultus, lacrymas, vultus, alterationem vocis, ac corporis tremorem, atque alia, quae reo contingunt, ad multum describenda habeat; cum ex his praesumptiones, vel innocentiae, vel commissi delicti non raro eliciantur. Iudex etiam quandoque alta voce ei describi praecipiat, dicens Actuario: Scribe. Respondit suspicans, vel lacrymans, &c. Inde enim reo plerumque confessione mentis habetudine oritur, qua ad confessionem ei iminis trahitur.

Quoniam vero nonnumquam accidit, ut reus a Iudice interrogatus negans ab eo in sermone capi, in interrogacionibus respondere renuat, vel si responderit, responsa ambigua, dubitative, vel obscure proponit, ut puta: non recordor: forsitan est ita; vel non ita: credo, vel non credo: res posset esse, vel non esse: quae responsa ipsum enervant.

Si reus omnino Iudici respondere recusaverit, omnino cogendus est, ut respondeat. Quare Iudex gravi admonitione praemissa, cum ipsum tenentem viderit, comminationem peritij, aut poenam confessi criminis, aut torturam ipsi comminetur. Quae omnia in processu appareant hoc modo.

Interrogatus: Quare renuat respondere? Nullam omnino causam allegavit. Qua propter praefatus R.P. Minister sanctae obedientiae, sub poena inobedientiae, peritij, & confessi criminis, & sub comminatione torturae, ut interrogatus respondeat: Noluit respondere.

Interrogatus, & monitus, ut a contumacia, & obstinatione praedicta recedat; quia alioquin ad poenam inflictionem devenietur. Noluit respondere.

Interrogatus, & saepe monitus, ut respondeat. Respondit non dedit.

Decretum iuratae pro responsione rei habenda.

Tunc praefatus R.P. Provincialis Minister, visa obstinatione ipsius constituti nolentis respondere, & notoria pertinacia, & inobedientia, poenamque praedictam sibi comminatum spreto, reservato sibi iure semper, & quocumque voluerit decernendi, & pronuntiandi ipsum N. constitutum incurrisse dictas poenas, & pro praemissorum executione quandoque eum mandatum delatet necessarium, & opportunum relaxandi; mandavit ipsam in carcerem detruendi, ibique manibus ferreis, & compedibus constringi, & praeter panem, & aquam nihil sibi ad victum ministrari, donec interrogatus respondeat, declarans dictam torturam ad solam responsionem extorquendam adhiberi. Actum, &c. Die N. Anno N. in Conventu N.

Subscripsit, ut supra.

Eodem plane modo, ac forma contra reum procedendum erit, qui praecise, id est, affirmative, aut negative interrogatus respondere non vult, vel se ad priora dicta renuit, cum novum responsum ab ipso quaeritur.

Reus enim claris cum verbis, perspicuis, ac praecise Iudicis interrogacionibus, quae tam circa principale factum, quam facti circumstantias, sunt, respondere tenetur. Eidem quippe interrogacioni bis, vel quoties Iudici visum fuerit, responsum praebere cogitur: quamquam Iudex admonendus sit, ne in re levi reum huiusmodi interrogacionibus nimis praematuro Iudicis tamen arbitrio insideret, cum iudicare, an sit verisimile reum de aliqua circumstantia recordari posse necne: tum etiam torturae tempus, & modum iuxta causae qualitatem, gravitatem iudiciorum, & personae conditionem praescribere.

Decretum torturae pro habenda responsione rei praecise, et congrua.

Tunc praefatus R.P. Minister Provincialis visa per contumacia ipsius N. constituti nolentis congruae, & praecise respondere ad dictam congruam, & praecisam responsionem super praedictis habendam, cum aliter ab eo extorqueri non posset, mandavit ipsum N. in carcerem detruendi, ibique manibus ferreis, & pedibus constringi, & praeter panem, & aquam nihil sibi ad victum ministrari, donec interrogatus, congruae, & praecise respondeat: declarans dictam torturam pro sola responsione congrua, & praecisa habenda adhiberi. Actum, &c. Die N. Anno N. in nostro Conventu N.

Subscripsit, ut supra.

Post vltimum rei constitutum, si is in criminis negatione persistit, antequam rigoroso examini, quod per torturam fit, subijciatur; Iudex illi terminum ad suas defensiones praestandas, tamen non perat, assignare debet: & iuxta antiquum nostrae Religionis stylam consiliarium tribuere, cui, & copia iudiciorum, & dicta testimonium, si petierit, non expresse testimonium nomine, iuxta probatam fore regularis consuetudinem, danda sunt, ut ex his reus defensiones colligere valeat.

Et quatenus in seculari foro copia processus reo exhibenda non sit, nisi prius testes omnes pro informatione curiae examinatos, pro rite, & recte examinatis habere velle declaraverit, & hoc pacto processus legitimatus fuerit: apud nos vero ubi summarie proceditur, & testes a Iudice admitti, & legitime absque vlla partis citatione Interrogati pro rite, ac recte examinatis habeantur. Huiusmodi testimonium approbatio minime necessaria est, quo fit, ut expleta interrogacione, rei copia iudiciorum illi dari, & processus publicari queat. At vero cum Iudex copias iudiciorum, & terminum ad se defendendum, & Consiliarium reo decernere voluerit, id in actis ab Actuario referri debet hac forma.

Decretum pro assignandis defensionibus, & Consiliario.

Tunc praefatus, &c. acceptatis, &c. examen dimissit, & mandavit dictam N. constitutum recludi in carcerem: volentique de iure procedere, per eum suis provisum, & decretum, dare supra dicto reo pignoris copiam processus, sine praedictio tamen veteriori processus, & examinis omni meliori modo, &c. Ter-